



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

XIV. Iac. Sadoletvs Cardinalis Augustino Beatiano S.P.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

magis cupiam in vita, quàm huic tali tuo de me iudicio fatiscere: Quòd si tu de voluntate mea ita iudicas, nihil profectò fatisceris. Sin autem de facultate: quid, quæso, tantum est in me virtutis & sapientia, vt huic muneri obeundo egregiè aptus sim? tamen cum voluntas sepe si acriter sit incesca, inuenire libet vt ad res gerendas possit, dabo equidem operam, vt si non contingat aliqua ex parte opinioni tuæ industria mea respondeat. Quod de Paulo Tertio optimo maximoque Pontifice & scientis præstantissimo Pontifice in Kemp. introductum est, vel retocatum potius ex ipso more maiorum, & longo intervallo repetitum in mandandis honoribus non gratia, sed virtutis ratio habetur. Quod in meis Collegis maxime patet. Quis enim est eorum singularibus atque eximiis virtutibus ornatus & præditus? quorum ego numero vtinam adscribi dignus essem: conlitateque me summi Pontificis iudicium, sicut in aliis constitit, qui me ab eo sunt in hunc amplissimum ordinem adlecti. Sed (vt paulò antè) hoc diligentia vtar maiore, quò ingenio imbecillissimum. Tibi porò quid ego scribam? nisi & agere me tibi gratum qui tantoperè meo honore gauisus sis, pristinumque tuum morem erga me, omni mihi tempore probatum & perspectum, etiam in re totum exposueris atque ostenderis: & tibi polliceor meam illam benevolentiam, qua te semper mirificè sum complexus, non modò stabilem & saluam consistere apud me, sed etiam etiam, quàm antea, aliquantò auctiorem. Si quidem magis ex parte spes lætius traducenda vitæ in hoc ipso honore, quàm hi cæteroqui grauem seruitutem affert, in eo mihi postea amicis & familiaribus meis, in quibus tu principem penè locum obtines, & læticia potero esse & commoditati. Vale. XV. Calend. Februarij, M. D. XXXVII. Romæ.

XIV.

IAC. SADOLETVS CARDINALIS
Augustino Beariano S. P. D.

ELEGANS tuum carmen mira quadam suauitate me detinet: vel propter lumina ingenij, quæ in eo multa extant: ob memoriam nostræ mutæ benevolentia dulcissimæque consuetudinis, quæ nunquam mihi quidem ex animo lapsa est: nunc grata recordatione repetitur. Quòd gaudeas honore tuo ipsius honore lætari. Quid enim est amicitia, nisi communitio rerum & secundarum, & aduersarum? Vtinam modè laetanda sint, per quas auulsum me à rebus mihi iucundissimis

den. Sed si quid hic boni erit, in eo inerit, si & Reip. & amicis ego
viri potero & ornamento esse. In quo dabo vrique operam, vt
que dediti in otio, in negotiis expromam. Potestas modò detur
agendi aliquid, quod sit viro dignum, meam constantiam & stu-
dium non desiderabis. Ego tue gratulationi ago gratias: maxi-
meque opto, vt eadem qua fuisti erga me voluntate, semper sis:
de neque ita confituar neminem te habere, in amore tui supe-
riorem me, paucos pares. Vale. Romæ.

XV.

IAC. SADOL. S. R. E. CARDINA-
lis Lilio Greg. Gyraldo, S. P. D.

GRATA mihi tuae literæ, testes tui perpetui erga me amoris,
qui semper mihi iucundus accidit. In quibus quoddam honori
meo gratularis, agnosco eandem benevolentiam tuam: & in eo
etiam magis, quoddam me existimas alicui vsui fore Christianæ Reip.
quod riam ita eueniat. Non enim tum me beatiorum vitam
amisse existimabo, quæ mihi in otio & tranquillitate posita
erat: si aliqua via operis & negotij, eandem beatitudinem pote-
ro consequi. Non enim minus ad felicitatem labore honesto,
quam quiete animi peruenitur. Cuius facultatis si dedit mihi
Deus occasionem, non committam, vt frustra quisquam meam
operam, & officium boni viri videatur requisuisse. Te cupio va-
lere, & me a te diligere etiam opto, sicut ego quidem te diligo:
quod te tibi declarabo, si acciderit, vt aliquando possim. Vale.
ex Vrbe

XVI.

IACOB. SADOLET. CARDINALIS
Hieronymo Vides Alba Episcopo, S. P. D.

GRATISSIMA mihi fuerunt literæ tuæ: quæ & veteris no-
stræ amicitie memoriam mihi renouarunt & declararunt,
in te non parum adhuc amoris erga me ipsum residere: quo mi-
hi nihil operatius, neque iucundius accidere potuit. Nam cum te
semper ingenij & virtutis tuæ causa plurimum dilexi: tum verò
operam vicissim diligere a te. Id rectè existimans, coniunctionem
tecum meam mihi magno honori semper fore: quoddam tuum de
quoque homine iudicium in vtranque partem magnam vim ha-
beret, neque solùm in præsentia honorificum existeret, sed illu-
cesceret in omnem etiam posteritatem. Quanquam hæc quæ no-
tissima sunt, nouæ commemoratione mea non indigent. Venio
autem ad gratulationem tuam, quæ mihi magis propter animam